



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Consolatio Desperantium, Seu Conciones De Magna Dei
erga Peccatores serio poenitentes, comitate**

Bosquier, Philippe

Coloniae, 1617

I. Cvr Devs Dicitvr Et credatur magis misericors, quam iustus?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56142](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56142)

dia desperat, quamuis hora vndecima aut sub ipsa
vesperam ad vineam vocatus sit, eo ipso ostendat,
quod nondum Iesum-Christum probè nouerit, &
quod non sufficienter credat ipsum perfectissimè
Hominem Deum esse, ex summè bona Matre, & in-
finito bono Patre, secundum vtramque naturam
prognatum: Si enim quispiam eum perfectè nosset,
nunquam in desperationem incidere posset; semper
enim ei succurreret.

*Maiores est eius misericordia quam iniquitas tua.
Facile placatur, qui nolens ulciscitur.*

Itaque amici Auditores in omnibus nostris mis-
erijs, peccatis & aduersitatibus speremus in hunc bo-
num bonorum; nec ipsos nos abiciamus, sed affi-
duo cogitemus agendum nobis esse eum optime
Domino, &c.

Bonum habemus Dominum, dicit Ambrosius.

CONCIO OCTAVA.

Græc.
Vulgata.
Syriaca.

Thema. $\chi\alpha\iota\tau\omicron\pi\lambda\alpha\gamma\chi\iota\sigma\theta\eta$.

Et misericordia motus est.

Et misertus est eius.

Facta repetitione more consueto,

- Dicemus } I. *Cur Deus dicatur & credatur magis mis-*
ericors, quam iustus?
II. *Quomodo explicanda sint Scripturae que di-*
cunt Deum esse magis misericordem, quam
iustum.

I.

CVR DEVS DICATUR ET
credatur magis misericors,
quam iustus?

Quam-

Q Vamuis, amici Auditores, Deus in infinitum magis misericors sit, quã eũ vobis depinximus, aut quisquã nostrum imaginari possit; credere tamen oportet eum esse æqualiter iustum ac misericordem, cum omnes virtutes Dei æqualiter infinitæ sint, utpote eidem essentiæ diuinæ omnimodo identificatæ; nam ut axioma Scholæ habet, *Infinium propter suam infinitatẽ, identificat sibi quodcunq; compossibile.* Nolo hic disputationem illã ingredi, quæ inter duos magni nominis authores aliquando orta est, Thomã scilicet Waldensem Anglum, & Michaelem de Palatio Hispanum, & quod materiã adeo intricatam & speciosam manus meæ absq; chyrotheis pertractandaã horreant, fugiantq;e; sitq; eibus palatis vestris insipidus & stomachis ad dirigendum nimis durus, utpote qui facilioris digestionis cibus melioris succi & nutritionis, pani scilicet & lacti, assueveritis; hæc autem questio tã intricata est ut mereatur potius in Sorbona aliqua inter Thomistas & Scotistas ventilari qua corã rudi populo è cathedra tractari. Exponam itaq; tãtummodo cur vulgò dicatur Deus magis misericors, quam Iustus, simulq; aliquot Scripturę testimonia hoc ipsum insinuantia exponam, ut illud Psal-

Thom.
VVald. l. 6.
de Sac.
c. 153.

Miserationes eius super omnia opera eius; aut ut Vatablus legit: *Misericordia eius superat omnia opera ipsius.*

& illud Iacobi. *Superexaltat misericordia iudicium,* aut iuxta Vatablum. *Gloriatur misericordia aduersus iudicium;* aut ut Erasmus legit, *Exultat aduersus iudicium veluti victrix;* vel ut alius quidam interpret, *Gloriatur misericordia aduersus damnationem.*

Et illud Apocalypſus, *De ore eius gladius ex utraq; parte acutus exibat.* & habebat in dextra sua stellas septem.

Hic septem stellæ gratiam & misericordiã Dei erga homines significant, gladius Iustitiam, septem itaq; stellæ misericordiæ sunt, iustitiæ gladius vnicus, ilque tantum in ore collocatur, hoc est, rigor Iustitiæ

diuinæ ei solum in labijs est, verba eius terribilia sunt & minis plena, fulmina & tonitrua homines penè metu exanimantia sunt; vt Æthna ore suo ignem flammamque vomit:

Fulgura vera tua sunt vera tonitura voces

2. Cor. 11. Sed sæpè tantum verba & voces sunt, & Panicei rores: quoniam quidem, inquit, epistola graues sunt & fortes; presentia autem corporis infirma: Alti clamat, non tamen mox ferit; omnis eius ira in spumam desinit & in fumos abit. Sed gratia eius in dextra manu collocatur, quo significatur, quod Deus semper promptus sit, & quasi prorsus paratus ad præstandam misericordiam, adeoque nobis manum hanc offerre antequam promiserit multum. Multum & alti clamat, sed vindictæ manum in sinu adhuc cohibet: Ictum comminatur, sed ne ferendi occasionem habeat, inclinat prius, fugite, fugite antequam sagittam iaculetur.

Psal. 59. *Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus.*

semper vt statua Herculis clauam eleuatam tenet, sed rarius percutit:

Senec. Trag.

Perdunt professa odia vindicta locum.

Nos tamen è contra pro dolor semper ferè rigore & crudelitatem in manu, benignitatem autem & misericordiã solù in ore gestamus, promittimus nos facturos multa, sæpè, cito, sed prestamus pauca, raro, tardè: pauca comminamur, sed nimium diligenter sumus vt comminationes nostras cum auctuario quicquid citissimè & crudelissimè impleamus. Stellæ nobis in ore sunt, id est, passim nunc hunc, nunc illù Dominum cõpellamus, & dicimus, Totus vester sum, quod placet iube, & interim si quid faciendum manibus carimus, aut eas ad subueniendum saltem non extendimus. In negotia autem crudelitatis & vindictæ vix comminationis gladius de ore exiit, quin ipsa manus vindictæ subsequatur. Si quis leui iniuria aut contumelia nos irriter, mox ad arma profilimus, & euaginatù gladium in pectore aut collo proximi condere non veremur: Imò ira vehemens antequam comminatur, vindicat.

Senec.

*Statim in foribus peccatum adierit: Et septuplum ultio Genes. 4.
Abitur de Cain, de Lamech vero septuagies septies.*

O quam longè à naturali bonitate capitis nostri Iesu-Christi absumus! Sed ulterius progrediamur & propositas difficultates elucidemus,

Quod itaq; dictis & similibus Scripturæ locis Deus dicatur magis Misericors quam Iustus est.

* 1. quia Deus sapius exercet opera misericordiæ, quam iustitiæ, pluresque effectus producit qui eius dulcorem quam qui rigorem sapiunt, non autè quia vnum attributum realiter sit maius altero: *Familia- Michael
rius est natura diuina Misericordia exercitium, quam lu- de Palatio
silitia sua: inquit doctus ille Hispanus; centies enim in Isai.
vni eidemque misericordiam præstabit antequam se- Tom. 1.
mel puniat: Septies, octies aut nonies flagellum Decla. 4.
suum intercedente Moyses, & spem meliorem faciente*

Rege, Deus à dorso Pharaonis retrahit, semel & ipsum & totum exercitum puniuit. Quot iam peccata perpetraverat Dauid antequam flagellum Dei, nunc filij sui rebellionem ex homicidio fraterno & sororis stupro orta, nunc peste in totum populū immissa ipsum castigantis sensit? Quoties Manasses rex peccauerat antequam vltorem Deum experiretur, antequam in bello captus, compedibus & catenis oneratus in profundum carcerem detrusus est? Quoties ego, quoties vos, quoties nos omnes peccauimus antequam diuinæ Iustitiæ virgā sensimus? Et puto Deū per Prophetam Amos voluisse significare, cum dicit,

*Super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor non Amos.
conuertam eum:*

*Ibid. Super tribus sceleribus Gaza, & super quatuor
non conuertam eum.*

*Ibid. Super tribus sceleribus Tyri, & super quatuor
non conuertam eum.*

*Ibid. Super tribus sceleribus Edom, & super quatuor
non conuertam eum.*

*Ibid. Super tribus sceleribus filiorum Ammon, & su-
per quatuor non conuertam eum.*

*Et c. z. Super tribus sceleribus Moab, & super quatuor
non conuertam eum. Ibid.*

Ibid. *Super tribus sceleribus Iuda, & super quantum non conuertam eum.*

Ibid. *Super tribus sceleribus Israel, & super quantum non conuertam eum.*

Nam ut dicitur Iob. 33. *Ecce haec omnia operatur Deus tribus vicibus per singulos, ut reuocet animas eorum à corruptione, & illuminet eos in luce uiuentium.* Sensus enim dictarum locutionum hic est, Propter septem peccata, aut propter infinitam multitudinem peccatorum (quod phrasia hebraica innuit) Damasci, Gaza, &c. furori meo habenas laxabo, nec illis amplius peccam, quasi dicat. Si secundò aut tertio me suis peccatis offendissent, gratiam adhuc ipsis fecissem; nunc autem cum peccandi consuetudinem fecerint, montem monti, peccatum peccato accumulauerint, malum cogitandi, volendi & faciendi habitum induerint, de peccatis etiam se iactauerint, adeoque ad summam malitiæ gradum deuenierint, omnia eorum peccata unico furore puniam.

Amici Auditores, Ah! Si Deus toties puniret homines quoties peccant, quid futurum putatis? non dicam quod quidam Gentilis,

Ouid. l. 2. *Si quoties peccant homines sua fulmina mittat Iuppiter, ex quo tempore inermis erit.*

Non, non: Sed potius mundus breui tempore hominibus euacuaretur, aut ipsis pro inferno assignaretur; *Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine qui sustinebit.* Certè Paradisus desereretur & Inferni portia dilatanda essept. Ah! quam miserè nobiscum ageretur si Deus vel millesimum peccatum mox puniret quam infelices effemus? Facit Deus Iustitiam, sed rarius; exercet misericordiam, sed in millibus. Tamen raro Iustitiam vindicatiuam exercet ut gladius eius plane erugine oblitus videatur, & quod inuisi amplius non sit, quasi ad faciendum opus Dei alienum spectans; unde Propheta ait: *Dominus irascetur ut faciat opus suum, alienum opus eius ut operetur opus suum, peregrinum est opus eius ab eo, seu insolitum & insuetum: quasi dicat, Actus Iustitiæ proprius est Deo, quippe*

Isai. c. 23.

qui g
tendi
que el
cir; fec
uirus
exiger
suam
Iustu
nem
serico
serico
* 2.
(vt de
reliq
quia e
prære
Dei pl
E c
parte
nim p
alibi d
stat et
tum;
sunt.
Vbi
Qu
st ran
aduer
uentu
oppo
gracia
conu
num
rem o
ter
li mon
sum
tie.

qui gladium Iustitiæ super vniuersum mundum extendit, & à quo omnis alia iustitia derivatur; eius itaque est exercere iustitiam, quod & suo tempore facit; sed opus est, quod rarius exercet, & quod tam iniustus facit, vt nisi hoc summa & prima eius Iustitia exigeret nunquam facturus esset. Misericordiam suam extendit in mille generationes; rigorem autem Iustitiæ suæ solum in tertiam & quartam generationem. Quia itaque Deus sæpissimè exercet actus Misericordiæ, & rarius Iustitiæ, dicitur Deus magis Misericors, quam iustus.

* 2. Deus dicitur magis Misericors quam Iustus (vt docet doctus ille Minorita Alexander Halensis reliquorum Doctorum Scholasticorum fons viuus) quia effectus quem misericordia Dei producit non prærequirit meritum aliquod in nobis, sed sufficit Dei placitum & bona voluntas:

Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas.

E contra autem effectus diuinæ Iustitiæ semper ex parte nostra aliquod demeritum supponit, neque enim prius Deus est vindex quam homo peccator, vt alibi docet Augustinus; misericordiam tamen præstat etiam illis in quibus nulla est dispositio aut meritum; imò quibus dispositiones in contrarium insunt.

Vbi abundauit delictum, super abundauit & gratia.

Quid fecerat Paulus, aut quod eius meritum erat ut tantis gratijs à Deo præueniretur? quæ potius ex aduerso erant eius peccata & demerita? Aduersus ventum & æstum luctabatur, directè diuinæ gratiæ se opponebat, etiam tunc cum primam & principalem gratiam à Deo accepit; etiam tunc cum Deus ipsum conuertit & ex rapido lupo ouilis sui mansuetum agnum fecit, & persecutorem Ecclesiæ eius defenso- rem constituit: nam, vt inquit Augustinus, *Nolentes & reluclantes Deus conuertit, sicut in exemplo Pauli monstrauit, quem tunc conuertit, quando erat in summo ardore persecutionis insanans, & contrarius gratiæ.*

Aug. contra duas Epist. Pelagij.

Non enim Deus nos loco seruorum habet, nobiscum agit sicut illi Domini apud Iuuenalem, qui rogati, & moniti,

Iuuen.

Sat. 6.

*meruit quo crimine seruus
Supplicium? quis testis adest? quis detulit? audi
Nulla unquam de morte hominis cunctatio longa,
ut gemini Dionysij, id est, perfecti Tyranni respōdecant
O demens! ita seruus homo? Nil fecerit, esto;
Hoc volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas.*

Joan. 19.

*aut sicut Pilatus,
An nescis, quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te?
Ius vite & mortis.*

Non, non, bonus noster Deus haud ita nobiscum agit: non punit nos aut damnat idē solum quia peccet, sed propter nostra mala merita, sed benefacit nobis, idque saepissimē absque vllis nostris meritis, imō etiam existētib; in nobis multis demeritis; sic enim nos creauit cum nihil meriti essemus, aut nō dum existentes mereri potuissemus; recreauit autem cum damnari meruissemus.

Rom. 5.

Cum inimici essemus reconciliati sumus Deo per mortem filij eius. & Cassiodor. in illud Psalmi, Misericors & misericors; Misericors est cum eruat, quia nullis beneficijs prouocatur, ut praestet; Misericors est, cum res cadentes sua pietate reconstruit. Bone Deus? An panem quem comedimus meremur? Peccator, inquit Augustinus, indignus est pane quem comedit, imō & micis quae cadunt de mensa bonorum virorū; & tamen bonus noster Deus solem suum oriri facit super bonos & malos, vtriusque panem quotidianum largiatur; imō malis subinde abundantius carnem addens & vinum.

Iob 17.

Luc. 15.

*Abundant tabernacula praeonum,
Quanti mercenarij in domo Patris mei abundant panibus. Et quid miraris? misericors est & merita non respicit; Misericordia non causam, sed fortunam spectat. Si quis ergo nondum Dei misericordiam agnoscit, & aurenas in oculis, & auribus pulicem habet; An oculi eius nequam est, quia ego bonus sum?*

Senec. l. 2.

de Clem.

cap. 5.

* 1. quia

3. quia Deus etiam cum rigidissimam Iustitiam exercet, verbi gratia, in inferno erga damnatos semper aliqua misericordia vritur, sicuti etiam cum beatos in cælo remunerat,

Quoniam misericordia tua edificabitur in calis.

Nam felicibus illis animabus perpetuis cæli ciuibus Deus plus reddit, quam merebantur; plus colligunt quàm seminauerant, idque supra condignum, vt loquitur scholæ. Ne putate, Auditores amici, beatissimam Virginem, quantumcunque sanctitate & virtutibus emicuerit, non habere maiorem gloriam quam merita eius postulent: Si habeat coronam de rosas purpureis rubeam propter increuentum martirium, quod pertulit; & albis liliis candidam propter virginitatem, quam seruauit,

Qui coronam in persecutione purpuream pro passione donauit, ipse in pace uiuentibus pro Iustitia meritis dabit candidam;

imò si mille aliis coronis pro mille aliis virtutibus ornaretur: si *Serti* & floribus eius, nec rosa, nec lilia desint; putasne hæc gloriæ eius suffectura? Non, non infinitas alias diuina bonitas superaddit, misericordia effundit.

Gloria & honore coronasti eum Domine.

Scuto bona voluntatis tua coronasti eum.

Rom 8.

Non sunt condigna passiones huius temporis ad futuram gloriam, qua reuelabitur in nobis.

Quod in presenti est momentaneum & leue tribulatio nostra, supra modum in sublimitate æternum gloria pondus operatur in nobis. 2. Cor. 4.

Qua proportio inter momentum & æternitatem? inter puerorum crepundia & pretiosissimas gemmas? inter terrestria & cœlestia? Vt Reges militibus subinde præterea stipendia persoluta congiarium & donarium præbere solent, idem Deus militibus suis qui fideliter certarunt, facit: Satis hoc indicat Parabola de uinitoribus, nam & illis qui hora vdecima conducti bona fide absque vlllo pacto in vineam abierāt, æquè denarius diurnus datus est, ac illis qui totum diem

P 5 dicm

diem laborantes pondus & æstum diei pertulerunt ac de denario diurno cōuenierant, adeo ut hi illis hoc inuiderent: aut enim hi posteriores ultra sua merita ex benignitate & liberalitate Patris familias honorati sunt, aut posterioribus nimis parum persolutum est: quod tamen credibile non est, cū tam liberaliter fuerit erga eos qui hora una cum iam calores Solis cessassent laborarant, & verisimile non sit eū primis iniuste æquum laboris præmium accidisse, qui pondus diei & æstus portauerant, ut se aliis liberaliter probaret, Petrum spolians ut Paulum vestiaret, & filium in conspectu parentis immolans; qua enim fronte primis obmurmurantibus, respondisset, *An oculus inuicquam est, quia ego bonus sum*, maxime cum tam bona conscientie fuisse describatur, ut illis quos hora metia conduxerat, & in vineam miserat dicens, *Quod iustum fuerit dabo vobis*, etiam denarium numerari iussit; qui, ut computat Hesselius, sumpta proportione à denariis qui Iudæa numerati sunt, quatuordecim solidos seu asses, quod diurni laboris honestum præmium est, vnde dicitur. Denarius diurnus: Ex denario diurno cōuenisti mecum: Deniq; quia tā exacte sibi persoluit stipendium, ut ipso vesperi in parata pecunia id ipsis numeratum sit, ex quo Patres familias & alii discant illis exactè satisfacere quorū opera utuntur, ne merces operario denegata in cælum contra eos clamet. Si ergo primi & qui cum Patre familias ex denario diurno conuenierant iustam mercedem perceperunt, quamvis duodecim horas laborarint, sine dubio multum ultra quam meruerant acceperunt illi, qui cum horulam solam & quasi in vbra commodè laborassent, etiam ipsi denarium acceperunt: Quæ omnia parabolicè dicta sunt de mercede æterna, quam Deus electis suis, retribuet. Deus ergo ultra condignum merita nostra remunerat.

Sed quid ad probandum verba multiplicos? Ipsa Veritas dicit quod qui propter Christum reliquerunt omnia, contumplū recipient & vitam æternam possidebunt.

Mat. 20.

bunt; in quem locum Hieron. ita scribit, Sensus iste est; *Qui carnalia pro Salvatore dimiserit, spiritualia recipiet; quæ comparatione & merito sibi ita erunt, quasi in Matt. sparuo numero centenarius numerus comparatur.* Hier. li. 9.

Sed in inferno quid? Itane Deus ibidem misericordiam suam exercet? Itane in Tragico illo pegmate ubi cruenta Dei Iustitia exercetur, etiam clementiæ eius aliquis locus relinquitur? Ita Auditores mei, ira: nam miseros illos damnatos circa condignum punit:

* 1. Quia corpora, quæ ad omnes voluptates & nequitias animabus individui socij & coadiutores fuerunt, nondum ipsis in pænis & suppliciis associantur, sed æquè ac beatorum corpora in suis sepulchris pacificè conquiescunt.

* 2. Quia ea post mortem mox in nihilum non redigat.

* 3. Quia ita pœnas moderatur & vim patienti attemperat, ut patientis totalem destructionem non causet, & immortalia in voracibus illis flammis conseruet: Et quamvis Origenes asserere ausus fuerit, animas, etiam damnatas, quamvis tardè tamè aliquando saluandas; falsum tamen id est & à tota ecclesia ei contradicitur. Et quis certè scit an non fortè Deus animas damnatas sinat in errore Originis versari, & se hac falsa spe lactare, quod Deus aliquando ipsarum miserebitur? In hoc enim & tormentum haberent & solatium: tormentum quia semper in incertum sperare & nunquam ad rē optatam pertinere maxima molestia est, nam *Spes, quæ differitur affligit animam*: Solatium, quia spes præsentis mali vehementiam minuit, & *spes alit agricolas*. Quis hæc nobis certo asseret? Sed quia hic conceptus planè novus est & errori Originis innititur, nolo eum asserere; sed tam illum, quam me ipsum Ecclesiæ iudicio submitto. Interim verò hoc certò fit etiã dånatis Deū aliquam misericordiam impendere eum eorum peccata citra condignū punit; adèd ut etiam ipsi dicere possint

Posint: *Non secundum peccata nostra fecit nobis, neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis.*

Psal. 102.

Vbi abundauit delictum superabundauit & gratia

Rom. 5.

Communis opinio est, quod quando Deus aliqui prematura morte abripit, aut in vere iuuentutis seculo aut in perfecta ætate virilis ætatis, sicuti puerum illum blasphemum quinque annorum ex vlnis patris a damone auferri permisit, aut iuuenes Sodomæ & Gomorræ vna cum suis vrbibus cœlesti fulmine absumpsit; aut paruulos & iuuenes aquis Diluuii inuoluit, magnam ipsis gratiam & misericordiam præstet: Et cur, quia præoccupat malitiam futuram in paruulis innocentibus; in adultis desperatam malitiam iam iam se diffusuram in herba opprimit, & hoc factum facit, vt subita morte præuenti, plura mala mala non accumularent, cum iam de emendatione ipsorum conclamarum, vt sic saltem grauiora tormenta eundant. Vti laurus & oliua astate ac hyeme virent, & sol bonis malisque lucet; ita splendida Dei misericordia tam reprobos quam iustos illuminat.

Greg in Dial.

* 4. quia quicquid Deus non est, quicquid facimus, aut quodcūque meremur, id de seote misericordia & non Iustitiæ prodit. Gloria & corona quam in cœlis adipisci speramus, post hostes deuictos & certamen consummatum magis a Misericordia, quam Iustitia præsto sit, & ei æquum videatur, vt miles victor in patriam rediens iuxta promissum à diuina Maiestate factum coronetur; tamen Iustitia non haberet quod coronaret, aut cui mercedē redderet, nisi primum Deus sua misericordia & gratia nos in hunc mundum introduxisset, nisi per sonitum tubæ ad nomina militiæ suæ danda conuocasset, id est, nisi euāgelium suum auribus nostris inculcasset, *Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit nisi nobis inspirasset animum quo desideraremus catalogo militū eius ascribi; nisi nos in Armilustro vt idoneos ad pugnandum admisisset, suos incitando ad bellum solent, non terrenum castrum aliquod aut oppidum, sed ipsam Regnum cœlorum vincant.*

bus de
galea
nos T
illum
probē

nisi
ser; ni
talliet
mata
nisi la
quia I
nisi de
pē eri
innia
in cœ
sua m
præter
obtinē

Nisi e
adiuu
nihil h
putam
meteb
quos
tepon
cillet,
Alias e

Sic
intere
Dici
praclar
opera r

bus decreuiffet, nifi nos omni armorū genere, hafta, galea, gladio, feuto, thorace, clipeo exornaffet; nifi nos Tyrones & inexpertos milites aduerfus vaftrum illum & veteranum militem ordinatis agminibus & probè inſtructa acie eduxiffet.

Deus qui doces manus meas ad praelium, & digitos meos ad bellum. Pfal. 17.

nifi nobis omnia Dæmonis ſtratagemata manifeſtaſſet; nifi poſuiſſet, vt arcum arcum brachia mea, dilataffet grefſus meus ſubtus me, & non fuiſſent inſirmata veſtigia mea; nifi ipſe plurimos ictus auertiffet; nifi lapſos erexiffet; *Iuſtus cum ceciderit non collidetur, quia Dominus ſuſponit manum ſuam.*

nifi denique & nobiſcum, per nos, & in nobis, & ſapè etiam ſine nobis plurima facta eſſent: *Domine omnia opera noſtra operatus eſ in nobis.* Iuſtitia Dei in cælis nihil aliud coronat, quam dona ſua, quæ pro ſua miſericordia nobis elargitus eſt; nihil remunerat præter victorias, quas auxilio gratiæ ipſius adiuti obtinuimus;

Nil Deus in nobis præter ſua dona coronat.

Niſi enim donum gratiæ diuinæ nos præueniſſet, adiuuiſſet, & vſque ad finem nobiſcum perſeueraffet, nihil horum perficere potuiſſemus. Imò cum, quæ putamus, facta heroica executi fuermus, ſanè non merebuntur illas laureolas, illos triumphos Paradifi, quos eis diuina iuſtitia vt Theſauraria ſeu Quæſtor reponit, niſi prius diuina miſericordia lapida ea effeciffet, & ſapore, ſale ac iure ſuæ gratiæ condiuiffet; Alias enim,

Omnes inſtitia noſtra tanquam pannus menſtrua- ra: adeoque orat eccleſia: Iſai 64.

Qui tibi ſine te placere non poſſumus. Domin.

Sic Python ſæpius laudatus quod Regem Cotym interemiſſet, modeſtè reſpondit. 18 poſt Pentec.

Diis habenda eſt gratia, quibus authoribus hoc facinus præclare geſtum eſt: nam ipſe nihil aliud, quam manum & operam meam accommodauit.

Non

*Psal. 113.
Sequent.
in missa
Dei sunt.*

*Non nobis Domine, non nobis; sed nomini tuo da
gloriam,*

*Qui saluandos saluas gratis,
Salua me fons pietatis.*

* Vltimo denique, quia instituendo Sacramentum
Pœnitentiæ aperuit nobis confistorium & Parlame-
ntum misericordiæ in hac vita, & non Iustitiæ (salte-
publicæ) aut rigoris; & sic in figura Moysi præcepit co-
gere Propitiatorium, Salomoni templum, nobis Ec-
clesias ad exercendam misericordiam ædificare iustitiam.

2. Par. 7.

Præparabitur in misericordia solium eius.

*Oculi mei erunt aperti, & aures meæ erectæ ad orationem
eius, qui in loco isto orauerit.*

II.

QUOMODO EXPONENDA SINT

*Scriptura, quæ dicunt Deum magis esse mi-
sericordem, quam ius-
tum.*

VT autem Scripturis allegatis respõdeam, cum
eis non significari Deum esse magis Misericordi-
dè quam iustū, licet id prima fronte appareret
& aures minus acutæ ita iudicent: Sed sicut non om-
ne quod splendet est aurum, ita nec omne quod
natum est æs.

Imprimis itaque illud Psalmistæ, *Miserationes tuas
super omnia opera eius*, significat, quod Deus in omni-
bus actionibus, quantumuis seueræ & rigidiæ nobis
videantur, utatur misericordia. Quod omnia ipsius o-
pera sint coniuncta, commixta, & conspersa, sicut
bonitatis eius; quod misericordia eius extendatur
supernatet quasi oleum in omnibus creaturis. Et
sicut nullus est, homo, nullusque mundi angulus, qui
iam apud ipsos Cymmerios & Antipodas, quos non
Sol aliquando radio suo visibili illustret & calefaciat.

Psal. 18.

Non est qui se abscondat à calore eius.